



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 44. Papæ epistola ad suos Legatos in favorem Hispaniæ Regis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

Fallav. l. c-

Interea Galli falso suspicabantur, quod
summus Pontifex controversiam de
loci prærogativa in Hispanorum favo-
rem decidisset, hinc ultra modum in-
dignationem suam exerebant, & ipse-
met Lansacus per specialem Nuntium
Reginæ Administratrici hæc significa-
bat: „Orator Hispanus Regis sui man-
„data mihi ostendit, in quibus a Phi-
„lippo Gallis cedere prohibetur, quin
„tamen propterea cum eis amicitiam
„violet: infuper Romæ mandatum a
„Papa fuit editum, quod, prout fer-
„tur, Legati quidem receperunt, sed
„illud effectui dare, aut divulgare no-
„luerunt: attamen id fuisse factum,
„haud probatur, illud tamen certum
„videtur, quod Præfides ad Cardina-
„lem Borromæum arcanis notis episo-
„lam scribentes eidem significarint, quod
„hanc litem componere desperarent,
„& consilium desuper accipiendi neces-
„sitas urgeat, necnon varia utrinque
„incommoda oriri possint, quapropter
„Papam rogabant, ut ipsem hanc
„caussam decideret, nec illam ipsorum
„judicio relinqueret.,,

§. XLIV,
*Papæ epistola ad suos Legatos in
vorem Hispaniæ Regis.*

Acc

Acceptis hisce literis summus Ponti- Sæcul. XVI.
 sex die octava Maji suis Legatis A. C. 1563.
 hunc in modum rescribere statuit: „Regi
 „Catholico mirum videtur, ab Orato- Pallav. l. 21.
 „re suo locum aliquem in sessionibus,
 „& in Conventibus tam diu non con-
 „sedi, unde instanter petit, ut vel ad-
 „mittatur, vel omnino rejiciatur: ast
 „rationi consentaneum censeo, ut ra-
 „tio de tanto Principe habeatur, ali-
 „quo invento moderamine, cui acquie-
 „sceret, ita ut nullum detrimentum cau-
 „sæ partium inferatur, sive jus, seu pos-
 „sessionem spectaret. Ceterum honestus
 „mihi, & congruens videtur locus ille
 „tertius, quem vobis signiflico in exem-
 „plari ad vos misso, nec mihi persua-
 „dere possum, merito Gallos de eo con-
 „queri posse: ideo hæc mea est mens,
 „ad quam exequendam utimini mode-
 „ratis rationibus, quas idoneas puta-
 „veritis ad opus, quoad fieri potest, quie-
 „te conficiendum: sed quocunque alio
 „eventu sinatis contestari quemlibet, &
 „quod ipsi liberet, peragere, dummodo
 „ea jussio opere compleatur.

§. XLV.

Borromæi Cardinalis literæ hanc in
 rem ad Legatos & speciatim ad
 Moronum perscriptæ.

R 4

Præter